



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Modi LX Sacræ Orationis variè Formandæ**

**Kojałowicz, Kazimierz Wijuk**

**Antverpiae, 1668**

Modus LIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69292](#)

## MODUS LIII.

**F**ormari solet Propositio in terminis ita oppositis ut primo aspectu repugnantia, aut contraria proponi videantur, quæ deinde explanata & probata totam constituant orationem, E. g. Dominica Septuag. ad illa verba. *Quid statis otiosi?* proponi posset, Dari negotia otiosa, & otia negotiosa Dominica VI. Epiphan. de grano sinapis. Cælum esse maximum & minimum vel amarulentum & dulce. Dominica XX. à Pent. nisi signa videritis Oculos verissimos esse testes, & falsissimos veri enim sunt in humanis, falsi in Divinis rebus.

## PRAXIS.

## Dominica IV. Quadragesimæ

*Colligit fragmenta. Joan, 6.*

**A**cceſſus & Propositio Nemo est, qui non mirito miretur; hanc tam mirabilem panum multiplicationem, quæ non modò satiavit, quinq; panibus, totidem millia hominum: verum etiam insuper 12. Cophinos fragmentis implevit de quib; Christus colligit fragmenta. Huic miraculo par sed usu minus D. August. agnoscit pasci tot seculis, de paucis granis totum orbem. Simile & aliud notare possimus quod est; datimajus quæ cum libera;

liberalissimè multa dent , dando rem , augeant . &  
dari alias manus , quæ cùm studiosissimè bona  
congregent , illa dissipant . De utraque manulo-  
quemur .

Confirmatio , per explicationem , quæ ma-  
nus dando habeat , & quæ colligen-  
do dissipet .

Manus quæ impendendo liberaliter retinet ac  
auget , est manus eleemosinaria Eccl . 17 . Eleemosina  
viri , quasi signaculum cum ipso , & gratiam hominis ,  
quasi pupillam conservabit . Non perit quod in Ele-  
mosinas datur , sed à Deo mirâ conservatur dili-  
gentiâ , quasi pupilla ; nec alio transiisse videri de-  
bet , sed est cum homine , quasi signaculum illius  
hominis , aut ut alii quasi sigillum ex quo noscatur  
homo talis à Deo aut denique ut rursus alii ha-  
bent , quasi sacculus cum ipso , in quo utique optimè  
res servantur . Scitum de Tiberio Christiano impe-  
tatore , qui sollicitæ de continuis eleemosinis u-  
xori solitus erat respondere . Deus provide-  
bit , quemadmodum scilicet ille , aurea cruce insi-  
gnitum , sub marmore invenerit thesaurum , cui in-  
scripta fuisse illa verba . In paupere aurum , in corde  
secretum , in Deo vitam tuam credito . Lego apud  
Neot . in Joan . Causa propter quam multiplicati  
sunt hodie panes , & quamvis distributi superfue-  
runt , princeps est , manus divinæ attactus de qua  
Hier . in cap . 14 . Matth . frangente Domino , semina-  
rium fit ciborum . Hac manu sacrantur omnia , quæ  
in eleemosinam dantur . Vir enim eleemosinarius ,  
vir Deo plenus est , adeoque manu Dei utens , de

T               qua

qua psaltes 144. Aperis manum tuum, & imple o-  
mne animal benedictione D. August. Serm. 231. de  
tempore, ut id evincat, hac ratione à contrario uti-  
tur. Qui tales sunt, (id est parci,) pauperi eleemosi-  
nam petenti dicunt, vade, vade in ante, & dabit tibi  
Deus & utiq<sub>z</sub> dum ambulaverit, homo ei daturus est.  
Quid est ergo quod dicit, vade in ante & dabit tibi  
Deus, nisi vade ad illum hominem, qui habet Deum,  
quia daturus est Deus. En ut quod homo dare vi-  
detur, dat Deus ! unde data illa de manu Dei pro-  
venientia, conservari ac augericonvenientissimum.  
Sed ne hæc mystica cui piam videantur, audiat edi-  
ctum. Proverb. 3. Honora Dominum de tua sub-  
stantia, & implebuntur horrea tua saturitate, & vi-  
no, torcularia tua redundabunt. Audiat Nazian. o-  
rat. de Basil. dicentem, Eleemosinam esse pietatis  
promptuarium, commune locupletum ararium. Lo-  
cupletum dicit, & non pauperum, ut norint non  
solum pauperes, unde sperare possint opes: sed &  
divites, ubi servare illas valeant. Date, & dabitur  
vobis dicit Christus, quod nobili exemplo confir-  
matum, (narrat speculum Exem.) in monasterio  
virorum religiosorum quos abundè alebat pietas  
opulentorum, dum illi quoque succurrerent necel-  
sitatibus aliorum pauperum. Accidit igitur ut non  
nemo Abbatum, natura & vitio parcior, consuetam  
pauperum portionem subtraheret. Minui indè, re-  
ditus conventus, atque ad summam egestatem re-  
digi: dum pauper ignotus portæ accedens, eleemo-  
sinam olim consuetam peteret. Cui respondens  
portæ custos. Alia, mi frater, nunc status nostri con-  
ditio,

dirio, quam ut aliquid concedere possumus. Nos quoq;<sup>z</sup>  
nostra conficit egestas. Tam peregrinus, hujus ve-  
rò rei quæ pütas causa? ignotam sibi respondit re-  
ligiosus. Igitur ego pandam, pergit peregrinus, &  
hæc est. Duo fratres hoc olim incoluere mona-  
sterium. Alteri nomen, *date*. Alteri, *dabitur vobis*  
illum vos, per vestram in pauperes tentacitatem clau-  
stro exclusistis, hic, Dei voluntate, abeuntem fra-  
trem, secutus est. Revocate igitur *Date*, & veniet  
*dabitur vobis*, quod mox mutatis parcitatis legi-  
bus, ille expertus est conventus, experieturq; *quis-*  
*quis* Dei causâ munificus esse voluerit.

Manus, quæ studiosè bona congregan-  
do ea perdit-

Est manus, quæ bona iniquè contra Dei veti-  
tum congregat, sive id fiat per avaritiam, sive per in-  
justitiam. Primum & secundum diserte edisserit  
Psalm. 36. *Mutuabitur peccator, & non soluet: justus*  
*autem miseretur & tribuet.* De posteriore Job. 20.  
*Divitas quas devoravit evomet, & de ventre illius*  
*extrahet illas Deus.* Verè, avorum & injustorum,  
sepulchrum patens est guttur, de quibus Psalm. 61.  
*Dilexisti omnia verba præcipitationis.* Hebræa le-  
gunt *Devorationis*, sed nec hoc sepulchro condent  
malè parta quin illa extrahat Deus. *Leo rugiens,*  
*princeps impius, super pauperem* Job. 28. *Quis hunc?*  
aut quis huic similem Leonem non expauescat ni-  
hilominus, breve tempus est dum audiatur, quid  
Psal. 33. ait. *Divites eguerunt. Leones esurierunt.* Un-  
de Idem Job rursus cap. 27. *Si comparaverit quasi*  
*terram argentum, & sicut lutum preparaverit vesti-*

T 2      menta,

menta, præparabit quidem; sed justus vescietur illis,  
& argentum innocens dividet, ædificavit sicut tinea  
domum suam. Benè sicut tinea, quæ domum suam  
perdit & corredit, dum præparare videtur: quoq;  
& D. Nazian. annotans orat. 9. ad Julian. Ne ex aliorum egestate opes nostras comparare sustineamus:  
neque cum aliorum lacrymis misceamus, à quibus  
tanquam à rubiginet tinea que consumentur, Osee 8.  
In aranearum telas, erit vitulus Samariae, qui aven-  
tum seminabunt, & turbinem metent: culmus stans  
non est in eo, germen non faciet farinam, quod & si  
ferent, alieni comedent eam. Mirum est, vitulum in  
aranearum telis herære posse, sed id Deus facit,  
dum insolentes, & de alieno pingues, in suis labori-  
bus inquis, supra quos ut araneæ eviscerantur, ca-  
pit: ut fructum eorum non percipient & cum mul-  
tas vanasque spes, tanquam ventos seminaverint,  
ac turbinem & afflictionem pauperum messuerint,  
Iuarentur nihil, perdant speratum fructum, opes  
divitias Insuper.

*In prolem dilataruunt perjuria (& cætera scle-  
ra) Patris.*

*Et pœnam, merito, filius ore bibit. Claud.*

## MODUS LIV.

PErcepto sensu thematis inquiritur, qui sint sen-  
sus hominum vero illi sensui Divino contrarii,  
aut disparati: aut denique quacunque ratione op-  
positi. Collectis deinde his sensibus, verbis super  
aut sententiæ, oppositæ sensui scripturæ, tanquam ab